

eodem regiones Moscobiticæ, quibus id suo lucro, gentium aliarum incommodo importârunt auari mercatores. Ferrum quod statim suum est, reperiri negatur: sui tamen coloris reperitur. Aliàs colore varium est, plerunq; nigrum: aliquando iecoris colore, aliquando pyriti simile, rarò galenæ, rariùs item plumbo cinereo: quale foditur in monte Capha, duobus sito à Vvisentalamiliaribus. Foris specie diuersum, aut assurgens virgularum in moré, aut tumens specie cerebri vel botri: aut omnino densam habens superficiem, eamq; modò rudem, modò nitidam, modò asperam, modò coloratam. Concauum quod est, varias in se res continet. Vnum genus cõtinet copiosam ochram, quale effoditur prope Tschopam flumen, iuxta Francobergum oppidum, non lógè à Trapenauco metallo antiquo, quod nunc planè desertum est. alterú genus, vel cretam Saponariam, vt ita nomi-

nomi-